

remedium postulantis relatum fuerit plerosque ex reliquiis catholicorum, cum non esset huic eorum desiderio satisfactum, se cum haereticis coniunxisse.⁴⁾

Primo igitur curare debent episcopi, quibus concessio facta est, ut omnino S. S^{tis} forma brevis servetur, eiusque executio serio, sed tamen suaviter exigatur, alioquin ne nec absolutiones a talibus factae valerent, nec calicis usus cum absque facultate fierent, nam utrunque a sacerdotibus ab episcopo iuxta brevis formam electis aut per ipsum subdelegatis fieri debet.

Ut eligant catholicos sacerdotes, qui in sua provincia utranque spetiem decenti ordine servato ac omni offensione vitata, quae posset oriri inter communicantes sub utraque et sub una tantum spetie, ministrare possint illam ex devotionis fervore petentibus, qui cum ecclesia Romana coniunctionem habeant.

Ut curati in confessionibus et concionibus eos, qui utranque postulant, ad accipiendam unam tantum spetiem ut tutiorem acceptionem sanctaeque matri ecclesiae approbationem cohortentur eas rationes in medium afferrentes, quas hisce adiunctae erunt, verum si qui in sua sententia persistent, eos sequentibus conditionibus curent informandos.

Ut ecclesiae Romanae fidem et doctrinam sequantur ac profiteantur.

Ut credant in sanctissimo Eucharistiae sacramento tam sub una quam sub utraque spetie verum ac integrum Christi corpus esse.

Illos si forte accideret, ut ab ecclesia iterum prohiberetur, sub una tantum spetie communicaturos.

Ecclesiam Romanam nec errasse nec errare, quae exceptis solum sacerdotibus caeteros tam clericos quam laicos sub una spetie communicantes.

⁴⁾ *Die Begeisterung für den Laienkelch ist bald geschwunden, und die Ansicht, daß durch diese Annäherung an die Evangelischen Verwirrung und Unheil gestiftet worden sei, wurde ziemlich verbreitet (Pastor, Geschichte der Päpste VII, S. 380—382; Dengel, Nuntiaturberichte II/6, S. 14—16 und 196; Rainer, Nuntiaturberichte II/8, S. 47, 68 und 206). Pius V. war ein offener Gegner des Laienkelches, der 1571 in Bayern verboten wurde (Turba, Venetianische Depeschen III, S. 443 f.; Duhr, Geschichte der Jesuiten I, S. 448 f.; Pastor, Geschichte der Päpste VIII, S. 150 und 497). Der sonst ob seines Eifers für die katholische Sache bekannte Bischof Christoph Andreas Spaur von Gurk wurde wegen Duldung des Laienkelches von Gregor XIII. am 12. November 1584 scharf zurechtgewiesen (Theiner, Annales eccl. III, S. 532).*